



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**

§.58. Gregorius Antiochenus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

- Sæculum VI. A. C. 589.
- c. 10. pferint, Subdiaconis stipendium subtrahatur, minores vapulent. Clerici Episcopis suis obediant, & ad illas Ecclesias se conferant, in quibus ministrare jubentur. In hoc Concilio leguntur plures alii Canones, quibus inobedientia & superbia Clericorum reprimitur. Qui literas legere non didicit, Presbyter aut Diaconus non ordinetur. Clerici purpura non vestiantur, & in foro publico fabulis non vacent. Abbatibus illorum Monasteriorum, in quibus Clerici castigandi includuntur, curæ sit, ut in luctu & pœnitentia vivere cogantur. Nemo Ariolos aut Magos consulere audeat. Qui se hanc artem callere comminiscuntur, fustibus cædantur, venundentur, & pretium in pauperes erogetur. Nemo diem Jovis tanquam Deo Jovi sacrum celebrare præsumat.
- c. 5. 7.
- c. 11.
- c. 1.
- c. 3.
- c. 6.
- c. 14.
- c. 15.

## §. LVIII.

*Gregorius Antiochenus.*

- Evagr. VI. c. 7. Mense Junio ejusdem anni 589. celebratum est Concilium Constantinopoli in Causa Gregorii Patriarchæ Antiocheni. Ortis inter ipsum & Asterium Comitem Orientis jurgiis Comes Urbis Primores & plebem in suas pertraxit partes, ita ut in plateis atque etiam in theatris convicia in Episcopum ingere-
- ren.

rentur. Joanni Comiti Asterii Successo-  
 ri in mandatis dedit Imperator, ut in  
 hujus litis causam inquireret. Ipse ve-  
 ro affixa publice scheda; si quis Episco-  
 pum accusare vellet, se accusationem re-  
 cepturum, oleum igni affudit. Non  
 defuere, qui Libellos traderent, quibus  
 Episcopus insimulabatur, adulterium cum  
 sorore sua admisisse, & Civium pacem  
 sæpe turbasse. Gregorius respondit, se  
 posterius crimen, quod sibi objiceretur,  
 coram Comite velle diluere; ob reliqua  
 ad Imperatorem & Concilium appella-  
 vit. Itaque Constantinopolim profe-  
 ctione suscepta itineris socium adscivit  
 Evagrium Scholasticum id est Causidi-  
 cum, cujus consilio uteretur. Is etiam  
 hoc factum Historiæ suæ Ecclesiasticæ  
 inseruit. Omnes Patriarchæ vel in Per-  
 sona vel per Legatos in hoc Judicio ad-  
 fuere, Senatus quoque & multi Metro-  
 politæ advenerant. Causa mature in  
 utramque partem pensata post multas  
 Sessiones Gregorius absolutus liber di-  
 mittitur; Accusator vero per urbem cir-  
 cumducitur, virgis cæditur, & proscri-  
 bitur. Hic notari meretur, quod  
 Gregorius incestus a Laico accusatus ad  
 Imperatorem & Concilium appellave-  
 rit, a Senatu simulque ab Episcopis fue-  
 rit judicatus, & quod Senatus medio lo-  
 co

Sæculum VI.  
 A.C. 589.

*Vales. in  
 Evagr.*

Sæculum VI. co post Patriarchas & ante Metropolitas ponatur.  
A.C. 589.

*Evagr. VI.*

c. 8.

v. *Vales. hic.*

*Evagr. VI.*

c. 11.

c. 12. 13.

Gregorius  
Antiochenus

Cum quatuor Menses ab hac profectio Gregorii Episcopi effluxissent, ultima die *Hyperberetée* anno 637. æræ Antiochenæ, id est, trigesima prima Octobris anno 589. terra mota est Antiochiæ, qua concussione sexaginta ferme hominum millia & inter alios Asterius Comes perierunt; at Gregorius Episcopus evasit incolumis. Haud multo post hæc tempore mandatis ab Imperatore acceptis jussus est omnem conatum adhibere, ut exercitum in Oriente, qui a Mauritio defecerat, ad Officium reduceret. Nemo ignorabat, quanta Gregorii apud illos milites esset Auctoritas, qui aliquos pecunia, alios datis sagulis juverat, tunc cum primum conscripti per ejus Civitatem transirent. Igitur Ducibus Litarebum, quod oppidum centum stadiis seu quindecim leucis ab Antiochia distat, convocatis, quamvis æger esset corpore, ex strato tamen tanta dicendi vi inter viriles lacrymas peroravit, ut animi prius aversi subito mutati fuerint. Petierunt Duces ut exire ad deliberandum liceret, & mox redeuntes dixerunt, facturos se, quod vellet. Tum Episcopus suavit, ut secundum voluntatem Imperatoris Philippicum sibi belli Praefectum deposcerent.

rent. Illi vero responderunt, totum ex-Sæculum VI.  
 erciturum Sacramento se obstrinxisse, huic A.C. 589.  
 viro nunquam parendi. Ad hæc Gre-  
 gorius dicere non dubitavit: *Episcopus*  
*sum per Misericordiam Dei, potestatem*  
*ligandi & solvendi in Cælo & in Terra*  
*habeo.* Citavitque JESU Christi verba,  
 volens innuere, sibi esse potestatem eos  
 a juramento absolvendi. Consenserunt  
 milites; ipse peractis precibus, ut eos  
 Deo reconciliaret, cunctis deinde Domi-  
 ni Nostri Corpus porrexit. Postea ju-  
 bens terram insterni floreis, quibus ac-  
 cumberent, omnibus etsi numero essent  
 duo millia, cœnam præbuit. Hæc die  
 Lunæ Majoris Hebdomadæ acta, & po-  
 stera die Gregorius domum rediit. Il-  
 lico ad se vocavit Philippicum, qui Tarsi  
 morabatur; cum Antiochiam pervenis-  
 set, milites flagitii veniam flexis genibus  
 deprecabantur, & Patronos interpella-  
 bant Neobaptizatos. Ipso deinde du-  
 cente in Persas moverunt, jussitque Im-  
 perator Mauritius, ut Gregorius Episco-  
 pus exercitum sequeretur.

Concilium Constantinopolitanum, in  
 quo Gregorius Antiochenus absolutus *Greg. IV.*  
 fuit, Patriarchæ Joanni Jejunatori ansam *ep. 36. 38.*  
 dedit, usurpandi Titulum Episcopi Oe-  
 cumenici, quod ubi ad Pelagium Papam  
 delatum est, missis Epistolis Auctoritate  
 S. Pe-

Sæculum VI. S. Petri illius Concilii Acta rescidit, pro  
 A. C. 589. hibuitque Diacono, qui Constantinopoli  
 Lib. II. epist. Nuncii munere apud Imperatorem fun-  
 Greg. init. gebatur, ne cum Joanne Missæ interesset.  
 Erat ille Nuncius Laurentius Ecclesiæ  
 Romanæ Archidiaconus, posteriore tem-  
 pore depositus a S. Gregorio, cui in Mu-  
 nere Nuncii Pontificii in Aula Impera-  
 toris successerat.

## §. LIX.

*Epistola Pelagii Papæ ad Episcopos  
Istriae.*

Interim Episcopi Istriae tria Capitula  
 propugnantes sub Patriarcha suo Aquil-  
 lejensi, qui in oppido Gradensi Sedem  
 habebat, in Schismate perseverabant, &  
 Pelagius Papa inter Longobardorum ar-  
 ma diu nihil litterarum ad eos dederat;  
 at postquam Smaragdus Exarcha pacem  
 Ep. 5. tom. 5. iniisset, ad illos Episcopos primam dedit  
 Conc. p. 940. Epistolam, in qua exhortatur, ut ad Ec-  
 clesiæ unitatem redeant, S. Petro, inquit,  
 Dominus mandavit, ut confirmet Fratres  
 Luc. 22. suos, & promisit, Fidem ipsius nunquam  
 defecturam; (\*) ut vero sinistram de Fi-  
 de

(\*) His Jesu Christi verbis Protestantes, qui  
 Ecclesiam Romano - Catholicam & Caput ejus  
 visibile Romanum Pontificem non audiunt, sen-  
 sum congruum & rationi consentaneum nun-  
 quam